

PRACTICA

CRIMINALIS D. PETRI FOLLERII,
I. V. D. celeberrimi, dialogicè contexta, secundum dispositionem Ca-
pitulorum, Constitutionum, Pragmaticarum & Rituum Regni Nea-
politani: non omiſſis eiusdem fragmentis, quibus ſummatim recensentur
quæ addita, correctæ, & de nouo in criminibus per ius municipa-
le ſtatuta ſunt.

AD HAEC,

PRAXIS ET THEORICA CAUSARVM
criminalium D. IACOBI Nouelli I. V. D. & Aduocati Veneti, tam
Iudicibus maleficiorum, quàm Cancellariis D. Reſt. terræ firmæ admo-
dum utilis, ac neceſſaria.

PRAETEREA,

TRACTATUS AVREVS AD DEFENSIO-
nem omnium aduerſus quaſcunq; accuſationes & inquisitiones pro
quibuſcunq; criminibus, eodem D. IACOBO Nouello authore.

INSUPER,

MARCI ANTO. BLANCI Patavini I. V. D. clariffimi
Practica criminalis, cū ſingularibus cautelis pro reorū deſenſionibus.
Adiectis ubiq; SUMMARIIS, ac INDICE omnium copioſiſſimo.
Omnia nunc denuò ſumma cura diligentiaque recognita, inſinitis que mendis, qui-
bus hæcenus ſcæbant, repurgata.

Num. . . 45
Capo . . .
Num. . .



LUGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iunta,
M. D. LVI.



Coll. Soc. I. S. V. S. J. M. ex domo Regum.

10
16735

ORNATISSIMO AMPLIS-
SIMO QVE VIRO DOMINO

Iacobo Dano Brugensi, utriusque Iuris Docto-
ri, & illustrissimi Ducis Florentiae à se-
cretis, Philippus Tingus S.



VLTV M diuq; uir amplissime, mecum cogitavi, quom-
nam potissimum testimonio, illius temporis replicare me-
moriā possim, quo primum inter nos amicitiae fores ape-
rueramus: quibusq; feliciter apertis, amicitiam initam, &
in hodiernum usq; diem plus quam Herculeo adstrictam nodo, sanctissi-
me coluimus & obseruauimus. Quae arcta familiaritas, ut ex honesta-
tis fontibus, qui exhauriri non possunt, profluxit: ita quoq; Dei benefi-
cio spero eā μετρητῆς τελευτῆς ἀμετασφραγιστάς duraturam. Cogitanti itaq; mihi
uiam aliquam ueteris nostri renouandi hospitij, nullum in praesentia
aliud, nec excellenti tuae eruditioni, nec meae professioni, accommodatius
occurrit argumentum, quam id de quo paucula dicturus sum. Omnes ius-
ris ciuilibus partes fructuosas & frugiferas esse, doctorū hominum calculo
iamdudum comprobatum esse uidemus. Nam siue quis τὰ ἰσὺν πρῶτον
συμπεληνὸντα spectet, siue πρᾶξιματῶν, siue πρᾶξεων, in omnibus mirifi-
ca & admirabilis elucebit utilitas. Quae quoniam tibi ut in omnibus,
ita in iuris studio eminentissimo, nota sunt, lubens alto in uoluo silen-
tio. At ea iuris pars quae ad criminum animaduersionem pertinet,
multo est fructuosissima, multisq; modis (ut mihi uidetur) caeteris omni-
bus anteposenda. Etenim caeterae iuris partes seuerissime ea uindicant
quae citra personae uiolationem eripiuntur: at haec in eos etiam ultore
gladio animaduertit, qui manus uolētas homini nefarie inferre, aut alia
quaedam noua & inaudita designare flagitia minimè dubitarunt. Quo
fit ut iurisperitorum scripta quae huic parti aliquam lucem interpreta-
tionis adferre uidentur, amplecti & exosculari uehementer debeamus.
Quae cum uaria & multiplicia, dissecta etiam, & in iustum ordinem
non redacta, hucusque extiterint: tum fortè hoc tempore occasionem na-
ctus, uirorum doctissimorum commentarios luculentos, plenè & per o-
mnes numeros criminalem materiam complectētes sed tanquam Sibyllae

PRACTICA CRIMI-

NALIS DIALOGICA DO. PE-

TRI FOLLERII, I. CAES. ET PONTI-

ficii celeberrimi interpretis, in qua de regimine offi-
ciorum secundum practicam regni, constitu-

capitu. prag. & rit. mag. curiae ui-

cariae tractatur, feliciter incipit.

SUMMARIUM PRIMAE PARTIS.

- 1 Iudex debet habere auctoritatem, scientiam, experientiam, & bonam uitam, & nu. 1. 3.
- 2 Iudicare est munus publicum.
- 3 Nec debet esse partialis, sed comunis.
- 4 Delicta sunt punienda.
- 5 Nec debet fauere uni parti magis quam alteri.
- 6 Iudex non debet uti gratificatione in poenis.
- 7 Debet etiam, antequam partibus ius reddat, prospicere ne quid durum, aut remissum constituat.
- 8 Iudex non debet esse nimis favorabilis in arbitrariis.
- 9 Iudex non recte iudicans, audiat quid sibi dicitur.
- 10 Accusationes debent recipi seruatis seruandis.
- 11 Iudex debet habere fidelitatem.
- 12 Iudex tenetur inquirere ubi potest ex officio.
- 13 Item debet esse mitis & placidus.
- 14 Calumniose petentes non debent audiiri.
- 15 Sed in examinando reos terribilis.
- 16 Iudex debet inuestigare ueritatem.
- 17 Nec debet esse nimis crudelis.
- 18 Debet corrigere subditos ex dilectione & non ex odio.
- 19 Iudex cum magna attentione debet iura utriusque partis audire.
- 20 Nec debet excandescere aduersus eos, quos malos putat.
- 21 Officium iudicis non est nisi ad petita.
- 22 Benigne auscultet subditos.
- 23 Iudex debet determinare per argumenta, & rationes legum.
- 24 Accusationes omnes non sunt admittende.
- 25 Iudex debet controuersias dirimere per sententiam uel concordiam.
- 26 Accusantis nomen & cognomen scribendum est.
- 27 Nec debet pati illicitas extorsiones.
- 28 Iniuriari non debent uasalli.
- 29 Concussio non debet fieri subditis.
- 30 Allegationes partium sunt audiende.
- 31 Nec debet que grauare in plus quam lex.
- 32 Silentium est imponendum temere al legantibus.
- 33 Angariis, & perangariis non debent grauari comitatenses.
- 34 Iniuriari non debent appellantes.
- 35 Iudicium debet conformari cum ueritate.

PRACTICA

ET THEORICA

CAVSARVM CRIMINALIVM,

D. IACOBI DE NOVELLO

I. V. Doctoris & Aduocati Veneti.

INDEX INQUISITIONVM in hoc opere contentarum.

FORMAE tres inquisitionum pro homicidio pensato.
Indicia, suspiciones, & praesumptiones in casu praemeditati homicidij.

Formae tres pro homicidio puro.

Indicia in casu puri homicidij.

Formae duae pro homicidio casuali.

Dubia in materia dicti homicidij.

Forma constituendi uulneratos uel percussos in omni casu, tam cum periculo mortis, quam sine.

Formae duae contra fures inquisitionum.

Indicia & suspiciones in casu furti.

Forma inquisitionis contra Sodomitas.

De eorum poenis in materia, tam de iure ciuili, quam canonico.

Formae duae pro insultu, uulneribus, ac percussionibus, inquisitionum.

Dubia & quaestiones in dicto casu insultus.

Forma inquisitionis contra producetes testes falsos.

Quot testes in omni casu requirantur ad probandum maleficium.

Forma inquisitionis contra fractores confinium.

Forma inquisit. contra delatores armorum, & pro insultu ac blasphemia.

Alia in materia blasphemiae tantum.

Dubia

DO. IACOBI

593

NOVELLI IVRIS-

CONSULTI VENETI

TRACTATUS AVREVS,

*Defensionem omnium eorum aduersus quascunq; accusationes
& inquisitiones pro quibuscunq;
criminibus docens.*



CV M ratione officii, pietatis, amoris paterni, ac etiam pro particulari interesse, tam ex iuris dispositione, quàm ex antiqua consuetudine hactenus in viridi obseruantia existēte, parentes ipsi ad defensionē filiorū absentiuū admitti consueuerint, non immeritò cōparet Dominicus della Marcha, uti pater & legitimus administrator omnium bonorum Antonii Mariæ eius filii, ac pro interesse sue patriæ potestatis unā cum domino Iacobo de Nouello d. eius aduocato, causa & occasione prædictū eius filium defendendi ab asserta inquisitione uestra, per uos, uestrūque officiuū contra eum formata, de homicidio sequuto in personā Q. Titii Cremonensis ex percussione cū langerio, eidē Q. Titio per dictum Antonium Mariam illata, ex causis in dicta asserta inquisitione, & processu declaratis. Ad quam & contra quam impugnatiuē semper relatio habeatur: præterquàm in partibus commodum, & fauorem dicti

eius filii concernētibus. in quibus illam impugnare non intendit, sed magis illam in partibus prædictis laudat & acceptat, ac saltem in uim tacitæ iudiciariæ confessionis reproducit. & breuibus agendo, & realiter dictum filium suum defendendo pater antedictus: imprimis confitendo delictū prædictum, scilicet præfatum filium suum percussisse cum langerio sæpe dictum Q. Titium ea percussione, qua postea decessit, dicitque eundem filium suum à pœna ordinaria homicidii absoluendum esse, & extraordinaria, tamē pœna pecuniaria, uel fortasse alia consimili, (ut sæpe in similibus obseruatum fuit) cum esse puniendū: cū clarum sit eundem Antonium Mariam ad faciendū id fuisse ualde infestāter prouocatum à præfato Q. Titio, tam ex uerbis inhonestis, turpibus, ac minatoriis contra dictū eius patrem ac semetipsum, per eundem Q. Titium prolatis, quàm etiam ex terrore armorum per prædictū Q. Titium in manu acceptorū, prout de præmissis is, omnibus particulariter inferius de-

P ducetur

MAR. ANTON.

BLANCI PATAVINI

IURISCONSULTI CLARISSIMI

PRACTICA CRIMI-

NALIS.

In qua omnia ad reorum defensiones utilia & necessaria continentur cum Summarijs Ioannis Baptistae Zille-
ti Veneti.

S Y M M A R I U M.

- 1 Iudici de delicto & mortuo constare debet, antequam procedat.
- 2 Confessus in iudicio hominem occidisse, qui mortuus non reperitur, sibi non nocet.
- 3 Confessio hominem occidisse & in mari proiectisse, non creditur, nisi de homine mortuo firma subsit.
- 4 Confessio nocet consistenti, non probanti vivere, quem interfecisse dixit.
- 5 Intellectus ad l. si. ff. de quaestio. & l. i. §. illud. ff. ad Syllantia.
- 6 Modus procedendi ad informationem & cognitionem corporis mortui, qui dicitur nisi & repertus.
- 7 Testes examinandi sunt super recognitio-
ne cadaveris.
- 8 Nomen & cognomen ex capite cadaveris
recognoscitur.
- 9 Constitutum propinquorum accipiendū,
circa mortis causam, antequam iudex re-
cedat a loco nisi cadaveris, sine iurame-
nto.
- 10 Propinqui defuncti praesumuntur inimici
capitales inculpatis, quorum testimo-
nium fidem non facit.
- 11 Inquisitio de delicto regulariter fieri non
potest.
- 12 Iudex particulariter inquit contra accu-
satum.
- 13 Informatio propinquorum a iudice sum-
pta, facit qualemqualem praesumptionē
contra accusatum.
- 14 Propinquorum informatio, facit indicium
ad capturam rei.
- 15 Iudex ex arbitrio, qualiquali praesum-
ptione procedente, quem capere facit.
- 16 Iudex carcerans indebite captum, pena
carcerationis tenetur.
- 17 Capi quis possit, & per quos captura fieri
debeat.
- 18 Capi potest etiam a privato in flagranti
crimine repertus.
- 19 Detentus a privato infra xx. horas iudi-
ci est praesentandus.
- 20 Privatus iudicis auctoritate, potest delin-
quentem de domo extrahere.
- 21 Mulier pro crimine carcerari non debet,
sed contrarium de consuetudine serva-
tur. nume. 27.
- 22 Clericus in flagranti crimine repertus, po-
test a laico detineri, sed suo iudici est praesentandus.